



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

COLLATIO XXXIX.  
CONCLUSIO III.

Maria & sancti inuocandi sunt ut intercessores.

D. OECOLAMPADIVS.

Gratia & pax a dño nostro Ihesu Christo omnibus nobis concedantur, Amen. Dilecti prohiq; Christiani, nemo me eum intueat uirū, quod ullā creaturā dei aspernari uelim, magis ergo dilectos sanctos dei. Solū tamen hoc meū est desiderium, deū cuius solius est honor, super omnia extolli debere, refluatq; per gratiarū actionē omne bonū in uerū fontem unde effluxit. Quare quū iterū rationem reddere debeā doctrinæ meæ causā in sanctorū intercessiōe. Confiteor ut prius me prædicauisse Christū crucifixū, mandatū nullū habeo ducēdi in sanctos, sed nihilominus me declarabo. Aliud est prædicare, aliud iudicare. Nobis dumtaxat hoc prædicare licet, quod utilius est & proximiorē uia ducit in deū, quod aperte cerimus, quū Christū unicū mediatorē cū suis promissionib; & inenarrabilibus donis cōmuni plebeculæ præfiguramus. At ubi homines iudicant damnanturq; ob unā uel alterā causam, necessaria est maior prouidentia & minor seruenitas. Ideoq; iudicij causa eorū ratione qui melius non acceptarūt, & cū Dauid dicunt. Mihi autē adherere dño deo bonū est, & spē ponere in dñm deū meū, dixi adhuc eos defectū habere in sua fide, & si non ex toto infideles ad ducendū dies diesq; in fide, & fiducia in deū extollendū. Bona sum spē hāc doctrinā magis esse Christianā, quā ut ab aliquo Christiano impugnet, sicut me ad hoc monet prima epistola ad Timoth. & pri. epist. Iohan. ij. cap. Sic huius doctrinæ meæ habet ratio, quū alio qui personæ meæ disputare nō affectē. Sum tñ nihilominus paratus responsionē dare si adhuc in mea doctrina aliquid deesset.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe, Amen. Contra meam  
conclusiōem

### CONCLUSIO TERTIA.

conclusionē de inuocatione reginæ cœli Mariæ, & dilectorū  
 atq; electorū sanctorū proponit D. Iohannes Oecolampadi  
 us declarationē suæ prædicationis, & sicut fatei, quū prædica  
 rit Christū Ihesum crucifixū &c. Dico non esse prædicatōrē  
 in ecclesia Christiana, qui & ipse hoc idem non faciat, quūq;  
 etiā de sanctorū ueneratione & laude sanctorū finiunt & ter  
 minant omnē honrē, laudē & gloriā in omniū sanctorū ca  
 pite Ihesu Christo. Quare etiam ecclesia Christiana in usu ha  
 bet collectas seu orationes claudere per dñm nostrū Ihesum  
 Christū, sicut ad Hebr. Paulus docuit, per eum offerre debe  
 mus sacrificiū laudis, quia tamen dñs meus doctor duo scri  
 pturarū loca proponit contra sanctorū intercessionem. Dico  
 neq; in nouo neq; in ueteri testamēto, in nullo loco reperiri  
 quod sancti dei dilecti pro nobis non intercedant. Aliqua ta  
 men dicta in falso intellectu iterū contra sanctos suscitantur.  
 Hereticus enim quidā Vigilantius ante annos mille etiā ten  
 tauit sanctorū intercessionem delere. At diuus Hieronymus  
 contra eum hoc obtinuit atq; deuicit. Est itaq; sanctorū inuo  
 catio per uniuersum orbem apud probos Christianos cū maz  
 gna deuotione acceptata, & per dei omnipotentiam honor &  
 gloria Mariæ, & dilectorū sanctorū, efficaciter cum magnis  
 miraculis confirmata, quod in spiritu Dauid eernens Psalm.  
 cxxxviij. dixit. Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis cō  
 fortatus est principatus eorū. Breuitatis causa attingo dictū  
 Pauli ad Timoth. Ipse enim est deus & mediator dei & hoim,  
 homo Christus Ihesus. Ex hoc dicto arguūt nouorū Christia  
 norū prædicatores. Si mediator est Christus, neq; ergo san  
 ctos ut mediatores quærere debemus ad deū, tam pulchrū in  
 tellectū in Paulo inuenerunt, quem neq; Augustinus, Hie  
 ronymus, Bernhardus &c. a spiritu sancto illuminati, inue  
 nire potuerunt. Breuiter scripturæ sunt scripturis cōparan  
 da, quumq; hic Paulus mediatorem ponit inter deū & homi  
 nem, sed & nos in Paulo & alijs in locis alios etiā mediatores

*Obiectio.*

COLLATIO XXXIX.

inuenimus. Ideo q̄ ne sibi met̄ et spiritus sanctus contrarius sit, oportet illas scripturas adinuicem cōparare, quod sancti patres ponderantes duplex esse mediū repperunt. Vnū est redemptionis, sic unicūq̄s est mediator dñs Ihesus, qui uniuersum orbem redemit, non sanctus Petrus neq̄ Paulus. Est & alia mediatio inuocationis, ut scilicet unus pro altero intercedat, cuius non est ipse redemptor, sic multi sunt mediatores, cum alter pro altero intercedat, cuius nō est ipse redemptor, sic multi sunt mediatores in cōelo & in terra, quando nos homines ut mediatores alter pro altero intercedimus, & dilecti sancti dei sicut perfectiores & feruentiores etiā pro nobis orant. Nunc quum in scripturis duæ mediaciones sint, nouiq̄ Christiani ad unam dumtaxat respiciunt nimirū eos errare. Hanc meam responsionē scripturis confirmo, quod enim diuini Pauli sermo de medio redemptionis & non intercessionis loquitur, eius sequentia uerba ostendunt, Christus mediator &c. qui se dedit redemptionē pro omnibus, quod autē & alius sit mediator quam Christus Deute. v. ostendit. Ego sequester & mediū fui inter deum & uos in tempore illo, ut annuntia rem uobis uerba eius. Sed & Paulus mediatores quæsiuit intercessionis, sicut ad Theffaloniceñ. scribit, quod pro eorum gent. Ipse q̄ met se pro mediatore exhibet Ro. x. Volūtas cordis mei & obsecratio ad deū sit pro illis in salutē &c. Secundū dictū per dñm meū doctorē ostensum ex epistola Iohan. hoc est. Si qui peccabunt, aduocatū habemus apud patrem Ihesum Christū iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris aut tantū, sed etiā pro totius mundi. Ex quo dicto dico Christianos nouæ doctrinæ non posse ulla uia elicere posse abolitionē intercessiōis sanctorū. Ex eo enim non cōsequit̄, Christus aduocatus est noster, ideoq̄ & sancti nō sunt nostri aduocati uel intercessores, plerisq̄ enim bonū est multos habere intercessores. Sancti equidē doctores hoc dictum ponderāt, ut pro sanctorū intercessione deseruiat, quū enim

### CONCLUSIO TERTIA.

enim pars aduersa intercessionē admittit minorē in terra, & Christi supremi intercessionē in cælo, quare medios sanctos essent exclusuri. Et quia Christus pro nobis intercedit, qui sanctus est sanctorum, quare & alij beati pro nobis non intercederent, quū hoc facere uideāt caput eorum Christū, procul dubio nobiliora Christi membra se faciunt pariformia, sicut dicit Iohannes, sequuntur agnū quocumque ierit. Et Christus quū pro nobis roget, hoc facit & feruenti amore, quando nostræ animæ salutem sitiebat, & tamen sancti similem ad nos deferunt fraternam charitatem, qua charitate permoti, & ipsi pro nobis intercedunt. Quare hæc duo dicta in recto & Christiano sensu, sicut & sancti patres semper intellexerunt sanctorum intercessionem, & Mariæ nobilis matris dei non euertunt. Ideoque & domine doctor alias scripturas adfert contra intercessionem sanctorum.

#### D. OECOLAMPADIUS.

Domine doctor, adiuuante me deo respondebo, sed antea hoc facio breuius quo potero quæro. Vtrum melius sit ex tota fiducia deum per Christū solum inuocare, cum obliuione omnium aliarum creaturarum, aut cum adhesionem aliarum creaturarum. Ad hoc respondeo.

#### D. ECKIVS.

Ad doctoris quæstionē dico. Etsi unum bonū opus altero sit melius. Est nihilominus bonum, ut & minora & maiora opera bona quis faciat, præcipue in oratione bonū est interdum deum inuocare absque omni medio, aliquando cum medio, aliquando cum utroque. Deus namque me iubet aliquando per mediatores rogare, sicut Iob xliij. dixit. Ite ad seruū meū Iob & offerre holocaustū, pro nobis faciem eius suscipiā, ut non uobis imputetur stultitia, & mox sequitur. Dominusque conuersus est ad poenitentiam. Iob quum oraret ille pro amicis suis. Quare ergo intercessio Mariæ non tantum esset ualitura, sicut intercessio beati Iob. Ideoque & intercessio bona, utrum